quod tunc sibi salarium pro rata excomputet. teneatur etiam habere pro bestiis forensium in damno per eum inuentis duos sollidos pro qualibet libra.

De syndicatu potestatis et officialium cap.° 4

Ad hoc ut unicuique justitia administretur. et ne Rectores et officiales terrarum de gestis iniuste ualeant gloriari, imò reddant de administratis plenariam rationem, hoc salubri statuto statuerunt et ordinauerunt. quod Domini priores dicte terre, qui pro tempore fuerint, antequam potestas et alij dicte terre officiales eorum officium compleuerint, teneantur et debeant uinculo juramenti eligere, uocare et nominare in syndicos duos probos uiros de dicta terra. qui debeant syndicare, et ratiocinare dictum dominum potestatem et suos officiales de gestis et administratis per eos et quelibet ipsorum. et sui officiales non possint ullo pacto syndicos sic electos suspectos allegare. quibus Communitas teneatur et debeat perfecto syndicatu dare et soluere pro eorum mercede florenum unum pro quolibet. qui potestas, et alii dicte terre officiales deposito eorum officio teneantur, et debeant stare, et morari ad syndicatum, in dicta terra coram dictis syndicis ad reddendum rationem de gestis, et administratis per eos tribus diebus integris, in quibus fiant tria publica bandimenta per terram predictam ex parte dictorum syndicorum. ut quicumque uult aliquid dicere et petere ab ipsis potestate et officialibus uel familiaribus suis compareat coram dictis syndicis. et potestas predictus in responsione gestis inquisitionis teneatur cauere, et cautionem idoneam prestare pro se et suis officialibus de stando ad syndicatum, et soluendo

1v

omnē et quamcumq cōdemnationem, in qua ipse, uel sui officiales uenirent condennandi. et si in dictis tribus diebus aliqua pe=titiō non daretur, eisdem uel alicui eorū. uel si qua friuola, irrationabilis, uel iniusta, dictis syndicis uideretur. facta refutatione cōmuni et specialibus personis, per ipsos tunc ab saluti recedere libere ualeant. si uero petitiō daretur, quae admittenda uideretur, ibidē morari teneantur tribus aliis diebus. in quibus de ipsis petitionibus ualeant absolui, uel condemnari, per dictos syndicos pro ut iuris fuerit, nullus autem potestas, uel officialis aliquis dicte terre, sindicari possit durante tempore sui officii et regiminis. pena sit petenti centū lib denariorū cortonen. et consulenti uel arrogantis uiginti quinq applicandorū ipso facto Cam.e Ill.morum Dominorū Ferdinandi Ducis Grauine, et Domini Jos: Antonii Ursini, dominorū et perpetuorū Patronorū terre predicte, et nihilominus quod fieret, nō seruata forma predicta, nō ualeat, nec teneat ipso iure. et dictus potestas et officialibus et famulis suis teneatur parere sententie feren=de per dictos syndicos de eis, et qualibet eorūdem et ab illorū sententia nō liceat appellare. qui syndici auctoritatē habeant et baliā dictos officiales repertos culpabiles puniendi et cōdemnandi secundū formā iuris, et statutorū et ordinamentorū dicte terre. et quilibet dicte terre potestas in fine sui officii teneatur et debeat relinquere et dare dicto cōmuni, uel eius de cammerario, qui pro tempore fuerit, pro dicto communi duas piccas ualoris, et eius assimationis ducati unius

~~pro quabibet. et si idonee fuerint, per dictos syndicos admittantur~~
et per dictu camerarium reponantur, ubi per dictos priores fuerit
ordinatum. quae quidē piccse in pecunias cōuerti nō possint.
uolentes uero dare petitionē potestati, suisq officialibus et famulis
debeant infra triduū corā dictis syndicis cū eorū petitionibus
comparere. quo termino elapso, nō debeant amplius audiri. addicientes, qd potestas et alij dicte terre officiales debeant p dictos
sindicos de gestis per eos, et super petitionibus sūmarie syndicari
et possint terminos, dilationes, abreuiare, pro ipsorū arbitrio, ita
qd ultima syndicatus die post uesperas dent et promulgeant
absolutoriā uel cōdemnatoriā sententiam. statuerunt insuper
et ordinauerunt qd in electione syndicorū mag. ci priores eligant
etiam et nominent notariū dictorū syndicorū. qui teneatur
et debeat sine aliqua mercede scribere et notare oēs et singulas
petitiones, actus, et testiū examen, et pro suo salario habeat
unū tantūmodo florenū. et plus petere nō possit a dcto comuni.

De Eadem materia cap. 5

·C· Potestas ceterū et alii dicte terre officiales, qui pro tempore fuerint,
non possint, nec debeant compellere, cogere, uel constringere,
nec coartari facere aliquem hospitatorem tabernarium, uel
quēuis aliū de dicta terra ad prestandū eis, uel alicui eorum
quocūq colore quesito pannos, lectū, uel alias res, et si potestas
uel officiales eius p dicti debiti tempore syndicatus reperirentur
culpabilis in quinquaginta libris denariorū cortonensiū
per dictos syndicos condēnetur, qui quidē syndici teneantur
et debeant facere generalem inquisitionem inter homines

2v

cuiuslibet quarterij dicte terre de gestis per officiales predictos et que-
libet eorundem, ab ipsisque officialibus libri debeant in generali con-
silio exhiberi octo diebus ante finem ipsorum officij qui per dictos
syndicos debeant reuideri, ut sciatur recte quid continetur in
eis; semper enim generalis petitio contra dictos officiales, et familias
pro parte communis offerri debeat more solito: et super ea summarie proce-
datur ut supra prescribitur seriose. si uero syndici, et ratiocinato-
res in his fuerint negligentes, dolosi, uel remissi in centum libras
denariorum per futurum potestatem irremissibiliter condemnentur.
de quibus idem futurus potestas inquisitionem generalem facere teneatur.
quod quippe capitulum sit precisum, et tolli non possit consilio uel arrenga.

De electione priorum et eorum balia cap. 6.

Ut communis utilitas et negocia salubrius et solertius officiantur, ut per probos
officiales terrigentas aliqua apertius discernantur, et inuestigentur
fideliter. hac presenti lege statuerunt, et ordinauerunt, quod in
dicta terra sit, et habeatur officium dominorum priorum, qui scri-
bantur per cancellarium dicte terre in decem breuibus; uidelicet octo pro
quolibet breui. et imbussulentur in quodam bussulo sigillanedo
sigillo communis predicti. et per dictum cancellarium retinendo, et singu-
lis duobus mensibus in generali dicte terre consilio de dictis
breuibus extrahatur de dicto bussulo per dictum cancellarium.
et qui in dicto breui scripti reperientur nuncupentur, et habeant
domini priores. et prioribus dicte terre pro duobus mensibus similiter
alij, ut dictum est more solito extrahantur. et cum dictum bussulum uacuum fuerit.
hi qui extracti ex eo fuerint, reimbussulentur in eo per cancellarium
memoratum. qui domini priores teneantur et debeant uinculo

Juramenti se congregare pro dicti cōmunis exequendis toties, quo
ties fuerit opportunū, et semper subire, ac fideliter operari utilia pro
cōmuni, et inutilia pretermittere et uitare. possint etiā et eis liceat
expendere de pecuniis et aurre dicti cōmunis pro cōmodo et utilitate
eiusdem decem libras denariorū, inter des tunc cōmuni presidentes
pro quolibet mense, et non ultra absq. consilij generalis delibe
ratione. et si plus eorum tempore solueretur, incidant in penā
centū soldorū pro quolibet, et uice qualibet. et cāmerarius, qui
pro tempore fuerit, expendens ultra quantitatem predictam,
dicta pena mulctetur. et nihilominus quod expendiret, de
suo intelligatur proprio persoluisse. cancellarius autem p̄dicta
scribens, dictam penam soluere teneatur. qua quidē dominorum
priorū congregatio semper fieri debeat in domo
habitationis cancellarij, in absentia potestatis et officialium
suorum. nisi per eos foret, eū expedierit aliud reformatū.
possint etiam et ualeant autoritate presentis capituli pro salute,
et statu pacifico dicte terre circa negotia dicti cōmunis,
ac oīa quæ pro statu, et eiusdē cōmodo uiderint expedire,
stantiare, et reformare et ordinare, et prouidere ac penas
imponere, et alia facere et exequi diligenter, quæ ipsis
dominis prioribus ex forma quorūcunq. statutorū, et or
dinamentorū commisse sunt, uel est eis balia et autoritas
attributa, hoc semper dūtaxat excepto, quod ex se ipsis absq.
deliberatione consilij generalis dicte terre ultra dictas decē

3v

libras pro mense inter omnes expendendo, uel aliquid dando
de bonis et auere dicti communis nullam habeant potestatem.
semper enim agenda per eos insti ad partitu debeant inter ipsos
ad bussula et pallottas. que semper per maiorem partē ipsorum
debeat obtineri. nec ex ijs paucioribus quinque ad dicti cōmunis
negotia peragendū ualeant quomodolibet reperiri. et quicquid
per eos, uel maiorē partem ipsorū factū fuerit, siue gestū, ordi
natum, promissū, stantiatum, reformatum, decretum, et
deliberatū seruatis premissis, ualeat et teneat auctoritate presentis
capituli, et executioni mandetur. Qui etiam teneantur, et
debeant, uel duo ex eis facere requisitionem potestatibus,
qui pro tempore, de se, suoque officio, familiaribus, et equis ad
minus ter i' mense, uel ad eorum petitionem et terminum,
ut uiderint expedire. et illi duo, qui semel dictam requisi
tionem fecerint, alii semper nō possint. sed alii duo subsequen
ter, ut fuerit opportunum. que requisitiones scribantur per
cancellarium dicte terre publice, roborate. si uero dicti domi
ni priores, uel cancellarius in his fuerint negligentes, tepidi
uel remissi, uel fraudē seu dolū cōmiserint, per futurū potesta
tem dicte terre in centum soldis denariorum pro quoli
bet et uice qualibet condemnentur.

De electione cāmerarii cōmunis, suique notarii cap.

Allatio Lignari All.mo et Ill.mo Molto Mag.co S.r mio Al Molto Mag.co S.r S.r
S.r S.r Don Vergilio Orsino S.r et padre 8 . 4
mio sempre Osser.mo

.c. Ne pecunia et avere, res, et bona dicti comunis perdantur, sed potius
conserventur, pro necessitatibus dicti co[mun]is, et in modis, ordinibus debitis
dicta pecunia persolvatur. hac salubri, statutaria lege decrevere, et ordi
navere, q[uo]d domini priores dicte terre, qui tunc dicte terre statui
presidebunt octo diebus ante finem officij camerarii dicte terre
teneantur et debeant vinculo iuramenti congregari facere con
silium generale. in quo per eos more solito eligantur, et nominen
tur quatuor boni, et legales homines dicte terre, quos melius
et legalius noverint pro ipso co[mun]i; et sic electis potestas
fieri faciat scruttiniu[m] secretum de his quatuor in ipso co[n]silio,
et per ipsu[m] consilium, qui plures voces habuerit, sit camerarius
dicte terre. eiusq[ue] duret officium tribus mensibus tunc p[ro]xime
futuris. et elapsis dictis tribus mensibus successive alius, vel alij
camerarii eligantur modo predicto. et nullus possit esse, vel
eligi camerarius dicte terre, qui in ipso fuerit officio, a duobus
annis proxime preteritis antea, et etiam qui no[n] fuerit
allibratus in catasto, et libris dicti co[mun]is in ducentis libris corto
nen[sium] vel ab inde supra. eu[n]demq[ue] modu[m] observare volentes
circa electionem notarii dicti camerarij, et qui fuerit notarius
tribus mensibus alijs, successive tribus esse no[n] possit, sed alius, vel
alij notarij eligantur modo ia[m] dicto. qui quide[m] camerarij habe
ant pro suo salario in dictis tribus mensibus quinq[ue] libras dena
riorum corton[ensium]. notarius vero tres libras cortonenses pro dictis
tribus mensibus habeat et no[n] plures; Teneatur et debeat etia[m] dictus
cammerarius anteq[uam] incipiat suu[m] officiu[m] exercere, iurare ad san

Dei euangelia scripturis corporaliter manu tactis, qd dictu eius cam
merariatus officiu bene et legaliter exercebit, & eius obseruatione, et
de administratione sui officij reddendo plenaria rationem. primo et
ante dcta fideiussores idoneos prestare dicto comuni firmiter tene
atur. expense enim fiende per dictu camerarium fiant modo
subscripto. vz qd de m.to potestatis possit et valeat expendere vz de
pecuniis, et auere dicti cois quolibet mense viginti sollos denario
ru cortonen. et nō ultra. abinde vero supra semper cu deliberatione
consilii generalis, et dominoru prioru dicte terre. et si aliter dic
tus camerarius expensas facere, dicto comuni de suo proprio reficere
teneatur. et si potestas, uel si quis alius fieri fecerit, uel mādauerit,
in quinquaginta lib denarioru cortonen pro quolibet et uice qua
libet per syndicos condemneatur. qui quidē camerarius habere
debeat duos libros introytuu, et expensarum. unu quoru prope
dictu eius notariu, et per dictu camerarium conseruandu et reti
nendu, et ne error in posterum ualeat exoriri, aliu vero copi
andum et conficiendu ex eo per cancellariu dicti cois, qui pro
tempore fuerit, et per eu nomine dicti cois retinendu, super quo
per ratiocinatores dicti cam. reddatur ratio de introytibus et
expensis. nulle enim expense fiant de bonis dicti comunis nisi
per camerarium eiusque subito ne fraus possit comitti per dictu
eius notarium ad exitus conscribantur. nec sine apodissa sigillata
bulleta dominoru prioru a decē sollis supra. teneatur etiam et
debeat idē camerarius nullā recipere a quocumque pecunie quan
titatem, uel introytu dicti cois nisi per camerariu eius notarij
uel cancellariu dicte terre. si uero dicti camerarius eiusque no
tarius in his uel predictoru quolibet fuerint negligentes, dolosi

Et ad hoc ut de gestis et administratis per camerarios dicti co(mun)is de intro
ytibus et expensis, ac dataiolos et exactores collectarum plena ratio uide
atur. statuerunt et ordinauerunt q(uo)d per dominos prior(es) dicte terre
qui pro tempore fuerint, eligantur et imbussulentur duodecim boni
ratiocinatores, et legales homines de dicta terra in quattuor bre
uibus diuisim, tribus pro quolibet breui. et de bussulo dicti tres
in generali dicte terre consilio singulis tribus mensibus ex
trahantur, qui ratione et calculum ponant in camerariis et
dataiuariis cultoribus dicti co(mun)is bene et legaliter sub uirtute pre
stiti iuramenti. nullus enim dictorum ratiocinatorum imbussulan
dorum attineat linee consanguinitatis uel parentele alicuius ex dic
tis camerariis, et dataiolis. et si secus fieret, non ualeat ipso iure.
Qui quidem ratiocinatores teneantur et debeant uinculo iura
menti mature et particulariter et inspicere et uidere omnes
et singulos introytus, et expensas dicti co(mun)is tempore camera
riatus eius fecerint rationem et in dictis camerariis dataiuari
cultoribus calculum fecerint fideliter et legaliter operari ut
utilius et comodius uidebitur pro co(mun)i. et potestas dicte terre
qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat exigere et exigi fa
cere sine aliqua mercede ab omnibus et singulis, penes quos dicti
ratiocinatores inuenerint uel assignauerint remansisse de
pecuniis et fuisse dicti comunis. quos realiter et personaliter cogere
possit prout sibi uidebitur expedire. et potestas predicta fieri
faciat et executioni mandari sub pena uiginti lib(rarum) cortonen(sium)
[illegible] denariorum de suo salario absque aliquo a predictis remittere debenti
bus. exigendo. consanguinitas uero superius enarrata intelligatur

5v

usq in secundu gradum. quoru quippe ratiocinatoru, et bonoru homi
num duret officium per unu annu, et finito anno alij duodecim
re imbussolentur, ut videbitur dominis prioribus, qui tunc dicte
Terre statui presidebunt. qui habeant et habere teneantur pro eo
rum salario quindeci soldos denarioru cortonen. pro qualibet came
rarioru et dataioloru integratione. quicquid enim facti fuerit per
eos et quemlibet ipsoru autoritate presentis capituli valeat et te
neat pleno iure. si vero in his et quolibet eoru cu fuerint negli
gentes, dolosi, tepidi vel remissi nullu habeant salariu a coi
et nomine pene quadraginta soldos pro quolibet solvere teneantur.

Quod potestas et sui officiales no possint comedere, bibere nec
ludere cu hominibus dicte Terre. Cap. x.

Ut Rectores et officiales Terraru habitudine honestiori presulgeant,
ne familiaritas contemptum pariat, statuerunt et ordinaverunt,
quod potestas dicte Terre, nec aliquis eius officialis debeat, nec
possit comedere, bibere seu ludere ad aliquem ludu ~~taxillorum~~
in Terra sancti gem. cu aliquo seculari, vel clerico de dicta Terra
nec aliquid comestibile recipere ab eisde nec aliquid aliud.
quod si secus fieret per eosdem, in predictis vel aliquo predictoru
in pena x solt. in decem sold denarioru pro quolibet, et vice qualibet condem
netur, et de predictis non possit dari licentia. nec in aliquo
predictoru, nec sup ipsis aliqualiter dispezari. qui vero
contra predicta attentaverit in decem soldis cortonen. per m. pen
futuru potestatem vice qualibet condemnetur.

Quod potestas, et eius officiales no possint recipere consul
turam. Cap. xi

R Cu aliquando officiales et Rectores terrarum temere, et nō ponito
zelu efficiuntur inter partes coadiutores unius, ex quo posset ma
teria scandali suscitari. iccirco ipsorū prosiluonis malitijs obuiare
uolentes. hoc inuiolabili lege firmauere. q̄d potestas dicte terre,
nec aliquis eius officialis possit petere, uel recipere consultoram
uel accapeū per eos, uel interpositam personam quouis colore q̄sito
de aliqua re, uel causa ciuili, uel criminali, que agitaretur,
coram eis uel aliquo eorūdem, uel quā agitata fuerit coram
predecessoribus eorū, nec aliquis eorum possit esse assessor, uel procu
rator uel coadiutor in ipsis causis. qui uero contra fecerit ip̄ dicti,
uel aliquo predictorum. in centū soldis denariorū pro quolibet, et
uice qualibet syndicatus tempore condemnetur. et applicetur ca
mere Ill.mo Dominorum Ferdinandi ducis Grauine, et Joannis
Antonii Ursinorum, dominorū et perpetuorū patronorū dicte terre.
et potestas hoc iurare faciat officialibus et familiaribus suis,
et etiam baiulis ut debeant obseruare premissa. si uero ac
capeū acceperint in dece libris denariorū cortonē pro quolibet
et uice qualibet cōdemnetur.

Quod potestas et eius officiales non possint petere arbitriū Cap.º 2

.R. C Ne potestas, et terrarū Rectores de facto arbitrariē, et nō iuridice
contra quēq̄ prorumpant. imo secundū formam juris et horum
precedentium seriem statutorum. hoc salubri decreto firmauerūt.
q̄d potestas dicte terre, et sui officiales nō possint petere, uel peti
facere arbitrium in consilio, uel arrenga, uel etiam proponere,
uel proponi facere aliquid in eidem, per quod arbitriū oriatur.

aliquid aliud contra capitula presentis statuti: pena centu librarum dena
riorum cortonensium pro quolibet et uice quahibet, qua fuerit per eos et
ipsorum quemlibet contra factum. et qui procurauerit uel arrengauerit
predicta soluat nomine pene cam.e predictorum ill.mi dominorum quin
quaginta libras denariorum cortonen. et consilium generale non consen
tiat in predictis, nec domini dicte terre priores. nec illud proponi
permittent. in ipso consilio uel arrenga. syndici aute qui pro
tempore fuerint, ipsum potestatem, et officiales suos debeant syndi
care. et ipsos repertos culpabiles, punire et condemnare secundum
formam iuris statutorum et ordinamentorum dicte terre. et si
domini priores et consiliarij consentirent. proponi. quilibet eorum
in dictam penam quinquaginta lib. incurrat. que ab eis et
ipsorum quolibet exigantur et exigi debeat per futurum potestatem,
cuius pene medietas sit prefatorum ill.mi dominorum et alia
potestatis.

De bayulis cois eligendis et eorum officio cap.o 13.

R Ut executiones dicti communis, et expedientia sibi et hominibus
dicte terre per bayulum et iuratos nuntios exequantur, statu
erunt et ordinauerunt. qd per generale consilium, et dominos
dicte terre priores, eligantur et nominentur tres bayuli, quorum
duo deperderentur, ipse emendare teneatur. et qd nullus taberna
rius, uel alia persona debeat recipere aliquod pignus ab aliquo
bayulo sub emptionis titulo, uel alio quesito colore. et si penes
aliquem reperiantur, ad restitutionem ipsius penitus teneatur. et qlibet
bayulus dicti comunis habere debeat de bonis dicti communis

in festo pascatis resurrectionis. Natiuitatis Domini. carnis
priuio: beati gemini: et qualibet ipsarum festiuitatũ diatos solti
cortonenses. adiicientes quilibet dicti cõis cãmerarius, qui pro
tempore fuerit, teneatur et debeat soluere dictis bayulis,
et eorum cuilibet supradictum eorum salarium deputatum tem
pore eius officii ad penã uiginti quinq; librarum cortonensiũ
denariorum. pro qualibet uice. et id quod eisdẽ nõ solueret de
suo proprio soluere teneat' suo finito officio ipsis. et qđ potestas,
et quilibet eius officialis, qui pro tempore fuerit, ad petitionem
dictorum bayulorum, et quolibet eorum, in quolibet supradictorũ
casuũ teneantur et debeant sub pena quindecĩ librarũ de ipsorũ,
et cuiuslibet eorũ salario executionem facere tã penarũ, quã
salarii, et ad effectũ deducere õis iuris solẽnitate omissa.

De Tubatoribus cõis eligendis et eorũ officio cap.° 14

.C. Ad hoc ut uocis preconis horride proclama quodlibet cuilibet
innotescat. statuerunt et ordinauerunt qđ in consilio generali
et dominorũ priorũ dicte terre et pro ipsis eligatur et nomineturr
pro uno anno tunc proxime futuro unus bonus et idoneus
preco, et bannitor qui dicto cõmuni seruire teneatur, ut Tu
bator et Trombetta cõis. et aliis, que ad suũ spectant officium
cũ salario quadraginta librarũ cortonenĩ. den. annuatim
soluendorum pro rata temporis et per modũ uti soluitur bay.
dicti cõis. ut proxime precedenti capitulo seriosius continet'.
qui quidem preco ut syndicus dicti cõmunis tene atur et debeat

ire et accedere cu syndicatoribus, et electionibus, et aliis officialibus dicte terre quoties fuerit oportunu absq aliquo alio salario, uel mercede a dicto coi recipien· sibiq, liceat et possit facere citationes, et relationes et alia spectantia ad officiu bay· sicut baiulus dicte terre, et qd factu fuerit per ipsum ualeat et teneat et plenam obtineat roboris firmitatem·

De custodibus fructuu eligendis cap.o 15

R.

Cu non solum pro damna dantibus rimari per officiales sufficiat· uetu etiam per aliquos secretos custodes pro fructibus cōseruandis. hoc decreto salubri statuerunt qd i principio regiminis cuius libet potestatis in generali consilio, et dominorum priorum dicte terre eligantur, et nominentur ad scrutiniu secretum decem custodes secreti· vz xii pro quolibet quarterio uiginti annoru ad minus bone conditionis, opinionis et fame· qui distribuantur per contradas pro ut hactenus fieri cōsueuit, et custodiant bona de foris, et quos inuenerint damnum dare, puniantur pena contenta in cap.o statutoru loquete de dicto damno. Qui custodes teneantur denuntiare omnes quos inuenerint damnu dare pntes, uel cu bestiis, in tribus dies post damnu dati curie, et officialibus dicte terre· elapsis uero illis tribus diebus, aliquem denuntiare, uel accusare non possint. sed ipsi teneantur cōi soluere illa penam· et tales accusa tiones coru in credentia teneantur· potestas uero, uel officialis eius, siue damnorum datorum notarius, teneatur quolibet die dominico congregare ipsos, et coru accusationes recipere, de his quos intra hebdogmadam non accusauerunt, liceat tamen accu sati ab ipsis custodibus, et ab accusationibus eorudem et ipsoru

et ipsorũ cuilibet se si potest legitime defensare. Qui custodes
habeant quartam partem ipsarũ penarũ de accusationibus, quas
fecerint quilibet de sua à quinq, solidis supra, infra uero habeat
medietatem. quam partem camerarius cõis eis illico soluere
teneatur corã notario reformationum, qui scribit introytus
et expensas. excipiendo quod quis de damno suo proprio uel
conducto accusari non possit, nec etiam de damno dato in bo
nis ipsius custodis, ut eius sacramento credi possit. et qd notarius
rius damnorum datorũ scribat in stētis eorum diem damni dati,
et super eorũ accusas credat, et stetur sacramento accusatoris.
et si aliquis ipsorũ custodũ aliquem fraudolenter accusauerit,
et cuius dãs fuerit puniatur per potestatem in centũ soldis.
et ab officio expellatur, nullus autem de officio dñorum, uel con
siliariorũ in dicto off.º esse possit. nec ullus alius qui ẽet in domo
uel à societate hominis à uiginti annis infra. ut qd non ha
beat aliquem hominem in sua domo et familia maiorem,
uiginti annis. ad dictũ exercendũ officium cogi possit inuitus,
sed ipsũ renuere ualeat suo uelle. qd si secus fieret, in predictis
et aliquo predictorũ nullã obtineat roboris firmitatem.

De syndico eligendo, qui assignet potestati res in palatio existentes cap.º 16.

Ne res et bona dicte cõis existentia in palatio eiusdẽ, et aliis locis ha
bitatione officialium dicte terre perdantur, sed potius per cõseruati
onem, et inuentarium conseruentur. decreuerunt et ordinauerunt
qd in generali consilio dicte terre eligatur ad bussulos unus bonus
idoneus et legalis homo de dicta terra, qui sit syndicus dicti

communis, ad assignandū potestati, et aliis officialibus dicte terre campanam grossam, et paruam, literas, capsas, tabulas, et alia suppellectilia et masaritias dicti cōis, que sunt in eiusdē palatio, et etiā in domo dicti communis, habitationis cancellarie dicte terre quas res sic dictis officialibus assignatas per dictum syndicū, potestas et officiales predicti teneantur et debeant in fine ipsorū officij ipsi syndico, uel alii pro cōi predicto. et ad penam decē lib denariorū cortonen. de eius salario et in restitutionē dupli rerum nō repertarum syndicatus tempore condemnetur, simile enim inuentarium per dictum syndicū fieri uoluerunt de tuba et tubetta, quibus utitur preco dicti cōis, ac illas eo modo, quo sup. reassignare teneatur, cuius quidem syndici duret officium per sex menses. et finitis dictis sex mensibus alius eligatur cū salario decem sollorū cortonen. pro semestri. si uero in predictis, uel aliquo pdictorū fuerit dolosus, negligens, uel remissus nullū salarium habeat. et in centū sollis cortonen. per futurū potestatem uice qualibet cōdemnetur.

De custodibus fontiū eligendis cap.o 17.

.C. Ut aquas fontiū in territorio existentiū nemo contagionis labe commaculet. hac lege firmauerūt. qd potestas dicte terre, qui pro tempore fuerit. in principio sui regiminis congregari faciat consilium generale, et dominorū priorum dicte terre, in quo eligi, et nominari faciat ad bussulos septem bonos uiros idoneos et legales custodes, qui custodire debeant infrascriptos fontes. unū de contrada fontis canalis, alium de fonte fauazani, aliū de fonte scintelle. alium de fonte cannelle. alium de fonte leopardi, et alium de fonte monialiū dominarum, qui teneantur curare custodire dictos fontes legaliter. et bona fide cū omni diligentia, qua poterunt.

et denuntiare omnes personas in dictis fontibus et ipsorum quolibet
turpitudinem et bruttituram aliquam facientes quolibet die dominico
coram curia et officialibus dicte terre uel not.o damnorum datorum, et
habeant medietatem pene, et alia medietas sit comunis. et com accusa
tiones in credentia teneantur. si uero dolu, seu negligentia comiserint
in decem soldis cortonen. pro quolibet et uice qualibet puniantur.

De asstimatoribus equorum et similium eligendis. cap.o 1 A.

Quoniam ut plurimum per equorum mutuatione, uel moriuntur, uel ma
gagnantur asstimationem non congruam repetunt mutuantes. quod
com et specialibus personis eiusdem potest preiudicium generare. Ex
igitur presenti statuto statuerunt et ordinauerunt. quod potestas dicte terre
qui pro tempore fuerit, primo mense sui regiminis in consilio generali
et dominorum priorum dicte terre uinculo iuramenti debeat et tene
atur eligi, et nominari facere, ut ipsi consilio uidebitur, duos bonos
homines, et legales de dicta terra, et incontinenti electione eorum facta
omnes equos, equas, Ronzinos, et mulas de dicta terra asstimari
faciat qua asstimatio scribatur per cancellarium dicte terre. et teneatur
secreta quousque fuerit propalanda. ita quod si contingat aliqua ex
his bestiis magagnari uel mori secundum illam asstimationem comune
uel singulares persone emendent illam, non obstante quod de ipsis bestiis
uel aliqua carum dem. uenditio appareret. de qua sola emenda fiat
iuxta asstimationem predictam.

De duobus hominibus eligendis ad inueniendum
casalena, et bona dicti comunis. cap.o 1 9.

9v

Ad hoc ut iura domus et casalena, possessiones, iurisdictiones et bona dicti co(mmun)is manuteneantur et conseruentur perhenniter. Statuerunt et ordinauerunt q(uod) potestas dicte Terre, qui pro tempore fuerit, primo mense sui regiminis in consilio generali et dominorum priorum dicte Terre teneatur et debeat uinculo iuramenti eligi facere duos homines bonos et legales de dicta Terra, qui reuidere uelint omnia et singula bona co(mmun)is p(re)d(icti) ubicumq(ue) sint. et inueniri poterunt, et penes quoscumq(ue) in Terra sancti gemini, et eius districtu et casalena dicti co(mmun)is, que sunt in castro podij Azuani de Terris Arnulphorum, ac etiam siluas, prata, montes, cesas, et alia dicti communis iura que in tenimento dicti castri podii sunt. et dicti duo, ut syndici dicti communis reuidere teneantur, et debeant predicta, et ea locari facere teneatur potestas pro dicto communi. et predicti duo habeant unum notarium ad scribendum ea, que fuerint oportuna. et habeat pro eorum salario, quilibet eorum quando iret extra Terram dicta de causa quatuor solidos denariorum cortonen(sium) et ipsa bona plus offerenti et dare uolenti locentur. ad fieri potestas predictus uinculo iuramenti et ad penam uiginti quinq(ue) librarum de suo salario, et fieri faciat per syndicum dicti co(mmun)is omnium tam mobilium q(uam) stabilium dicti co(mmun)is unum inuentarium, quod deponatur apud et penes quendam bonum et legalem hominem dicte Terre per dominos priores dicte Terre, qui pro tempore fuerint, eligendum, et facto dicto inuentario, debeat per banditorem dicti communis publice preconisari, q(uod) quicumq(ue) uult de bonis ipsius communis, u(idelicet) domibus, casalenis existentibus in tenimento

dicti castri ad commune recipere ueniat ad faciendum se scribi. et quod
dicti cois ad predicta specialiter deputatus faciat unicuique uolenti
instrumentum locationis pro illo tempore quo uoluerit, et pro illo
precio, quo uidebitur dominis prioribus, qui tunc dicte terre stant
presidebunt. et si non repenientur uolentes ipsa bona recipere ad com
mum. et per consilium generale et domini priores dicte terre
eligantur quinquaginta boni et sufficientes homines dicte terre
qui cogantur per dictum dominum potestatem ad accipiendum dicta
casalena, domos, siluas, cesas, et cursus aquarum, ac omnes et sin
gulas dicti communis possessiones existentes in tenimento dicti castri
podij ad commune pro illo tempore et precio quo uidebitur declarari
per consilium generale, et dominos priores predictos, et ad di
uidendum bona predicta, prout dictis dominis prioribus, uidebitur
et placebit.

De hominibus eligendis ad inueniendum focularia cap. 20

Quia pro indicendis in dicta terra per foculare datiis oportet quod
focularium uia habeatur. ideo predicti lege firmauerunt. quod potestas dicte
terre qui pro tempore fuerit, in principio sui regiminis uinculo iura
menti eligi facere teneatur octo bonos homines de dicta terra duos
uidelicet in quolibet quarterio qui reinuenire debeant iuramento
omnes foculares predicte terre. et ipsi reinuenti scribantur in
uno quaterno cantarum pecudinarum, qui semper stet et remaneat
in armario dicti cois proviso quod predicti omnes foculares teneantur
soluere datium et collectam, que imponeretur per foculare in dicta
terra. et quod omnes illi, qui uitam, ignem, seu laborerium faciunt

perse diuisim ab alio soluere teneantur datiuam predictam. qui uero
predicta coia fecerint in alio oēj tm̄ pro uno foculari soluere tene
antur. non obstante qd plures reperirentur et essent.

Quod datiue imponantur per libram cap.o 21.

R. Cū non solum per foculare datiuas imponi expediat, uerū et aliquā
per libram. circa quod pn̄ti decreto statuerunt et ordinauerunt.
qd oēs datiue et collecte imponende in posterū per dictū commune
imponantur et colligantur per libram sicuti in catastis dicti Cōis
factis et faciendis apparet uel apparebit. nisi ex causa alia
uideratur aliud prouidere consilio generali, et dominis prioribus
dicte terre. salaria uero potestatū, census, et similia imponantur
et exigantur per foculare. pro quo potestatis salario colligen
do potestas portas claudi non faciat. ad penā uiginti quinq,
librarū denariorū cortonensiū dicto Cōi syndicatus tempore
soluendorum.

De partitis faciendis ad bussulas et pallutas. Cap.o 22

R. Ad hoc ut partita super negotiis in consiliis dicti Cōis quibuscūq,
gerendis mittantur ad bussulas et pallutas, et nō more tyrānico
exequatur. decreuerūt et ordinauerunt qd potestas dicte terre,
qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat uinculo iuramenti,
et pena decem librarū fieri facere super quocūq, facto in cōsilio
generali et dominorū priorū dicte terre partitū ad bussulas et
pallutas. que bussule debeant esse due. una quarū sit alba. alia
uero nigra. et sint feltrate. pallutte uero sint de plumbo. que

dentur cuilibet de consilio. et sic datis idem potestas faciat partitum
repilogando particulariter, et dicendo ea que per ipsi proposita fuerunt. et
consulta per arrengatores, et dicta seu consulta diuidantur. et primo illud
1) quod sanius et utilius uidebitur pro communi mittat ad bussula albam
del sic. qui uero contrariu uoluerit, mittat palluttā suā in bussulam
nigram del non. et hoc facto dicti consiliarii capiant ad partitum
mittendo eorū palluttas in quācūq, bussulam eis, et ipsorū cuilibet
magis uidebitur et libuerit. et unusquisq, consiliarius ambas
manus clausas mittat in dictis bussulis. ita qd nō possit cognosci
ab astantibus, in qua miserint suam palluttam. quibus sic missis
sciatur per banditorem siue bayulū curie. in qua bussula plures
repeniantur pallutte. et secundū maiorem numerū palluttarum
obtineatur partitum, et scribatur per notariū reformationū, dūmodo
talis discussio palluttarū et numeratio fiat publice in bancha
palatii, in conspectu totius consilii per bay. siue precone uel can
cellarium dicte terre. et si potestas qi sit dicerem aliud iformanet.
talis reformatio nō ualeat, nec teneat ipso iure. et in centū libris
denariorū cortonensiū dicto coi de suo salario applicendorū syndicat.
tempore condemnetur. et qd in di consilio generali fiendo quaiqs
de causa due partes dictorū consiliariorum, et maior pars dominorū
priorū debeat esse presens. et qd partita obtinenda debeant uinci
et obtineri per maiorē partem ipsorū. saluo qd quando tractabitur
de expensis. illud tunc per tres partes ipsorū debeat penitus obtineri
et si aliter fieret, nō ualeat, nec teneat ipso iure. prouiso, qd si aliqs
consiliarius, uel alius fraudē cōmiserit i mittendo plures palluttas,
qs unam, in centū solis uice qualibet puniatur. et potestas et camerarius

dicte terre qui pro tempore fuerint invenire dictas bussulas sigillatas fa-
ciant vinculo iuramenti in decem dies post aperturā et publicationem
huius statuti. que per cancellarium debeant continue retineri.

De officio notarii potestatis cap.o 23.

R. 3

Ne tabelliones et officiales potestatis dicte terre queant de gerendis per
eos ignorantiam allegare. hac lege salubri statuerunt. qđ unus ex
notariis potestatis sit et esse debeat super maleficiis, et super omnibus
aliis, que sibi per consiliū generale vel dominos priores dicte terre
cōmissa fuerint. vel essent. qui notarius scribere debeat oēs scripturas
ad maleficia pertinentes, et spectantes. et oēs scripturas alias facere,
que ipsi cōmisse fuerint. ut est dictū: et qđ ipsas scripturas teneatur
et debeat ponere et mittere in quaternis ordinatis. ut de his volentibus
copiam, quorū interest, ea possit illico exhiberi. ex quibus scripturis,
primis, vel secundis nil a cōi, vel a specialibus possit percipere,
vel habere. sit etiam, et esse debeat idē notarius super custodia
dicte terre. alius vero sit et esse debeat ad scribendū omnia acta
causarum civilium. que necessaria erunt in curia dicte terre.
teneantur etiam et debeant scribere omnes alias scripturas, et oīa
alia facere et singula, que eis, vel alicui eorūdem essent cōmissa ex
forma statutorū dicti cōmunis, vel in futurū cōmitterentur eis dē
quocumq; ordine, vel scriptura. qui teneantur exhibere etiā libros eorū
ad bancū semper in palatio cōis cuilibet notario de dicta terra pro
copia habenda illi, cuius interest, que copia auscultari debeat cū aliquo
ex notariis ipsius potestatis, vel alio notario dicte terre. cui copie
et scripture potestas, vel eius vicarius suam et cōmunis auctoritatē
interponere debeat et decretū. proviso qđ si libri, pro habendo copiam
nō exhiberentur parti usq; quo habeatur copia ipsi parti terminus
non currat. et nulla persona teneatur respondere in quistionibus, denuntiationi

accusationi siue libello, nisi prius missa fuerit in quaterno dicti cois.
nec fieri possit aliqua alia accusa, inquisitio, denuntiatio, uel libellus,
nisi prius que facte essent, forent sententialiter terminate. et si aliter fie
ret quod factum esset, nō ualeat nec teneat ipso jure. et si Notarius pote
statis circa predicta in exhibendo libros, pro copia habenda, et in mitten
do scripturas in libris ordinatis fuerit negligens, in decem libris cortonen.
pro quolibet, et uice qualibet condemnetur. et potestas precise faciat
obseruari ab eis omnia supra dicta sub uirtute prestiti juramenti.
addicientes qđ nullus Notarius potestatis, uel officialis dicte terre, possit
nec ualeat facere aliquem contractum obligationis, procure, compromissi,
uel alicuius et cuiusciq, alterius conditionis et forme. ac etiā contrahen
uel dare aliquam scripturam publicā uel priuatam in ciuilibus, uel cri
minalibus alicui speciali persone, terrigene uel forensi de scripturis
eorū quas facerent, uel processorū eorū in cartis pecudinis, bambacinis.
et si ipsas scripturas exhiberent, copiarent, uel rogarent ipsos contractus
ut predictum, ex nunc, prout ex tunc ipse scripture, siue copie et con
tractus cuiuscuq, tenoris existant, sint et esse debeant nullius ualoris,
efficacie et momenti. et nihilominus suo officio sit priuatus. et infa
mis et falsarius habeatur. et si absq, alia solēnitate iuris et scrip-
ture processus, et sententia ferenda et etiam pingatur in palatio
communis cū burnia ad latus, et cū mitria in capite cū scriptura
apposita, que dicat falsarius. et qđ syndicus cōis teneatur et debe
at uirtute prestiti juramenti et ad penā uiginti quinq, librarū dena
riorū cortonen. ad petitionē cuiuscuq, petentis dicti cōis expon. resci
bere cōmuni illius terre unde esset ille Notarius, qui contra fecerit
in predictis, uel aliquo eorūdem. quomodo ipse Notarius est publicatus
in dicta terra pro infame et falsario. et potestas ad petitionē cuiusciq
petentis teneatur eum remouere, a dicto officio ad penā priuationis sui
officij. et nihilominus qui dictas scripturas detrahi fecerit, ipsis notariis

uel alicui ipsorū nomine pro quolibet et uice qualibet in decē libras cōdēnetur.
et quod dictus potestas, siue notarius sic delinquendo nō possint re
stitui ad dictum officium aliqua ratione, uel causa nisi in publico
parlamento in quo intersint ad minus quingenti homines. et quod
cammerarius cōmunis teneatur soluere salariū ad petitionem syn
dici uel partis petentis nuntio qui iuerit ad notificandū predicta
terre unde et notarius, uel notarius perpetrantes. et quicūq;
arrengauerit, uel dixerit contra predicta. in consilio publico uel
priuato, seu parlamento in quinquaginta libris cortonensibus
uice qualibet cōdemnetur. et hoc capitulū sit precisū, et tolli
non possit, uel suspendi nisi modo predicto. Quas quidē scripturas
supradicti notarius, et quilibet eorū teneantur, et debeant mittere
in quaternis ordinatis. ut prescribitur in spatio quinq; dierū absq;
aliquo salario, precio, uel mercede ad penā superius de negligentia
denotatam.

De sindico hospitalis eligendo et eius officio Cap.° 24.

C Ut pauperes et miserabiles persone in hospitali dicti cōmunis miseri
corditer pertractentur. et ut hospitale predictū et bona ipsius manu
teneantur pro pauperibus supradictis. prouidi lege firmauerūt. quod pote
stas dicte terre, qui pro tempore fuerit, primo mense sui regimi
nis teneatur et debeat uinculo iuramenti eligi facere in consilio
generali, et dominorū priorum dicte terre, unū bonū et legalem
syndicum hospitali pauperum dicte terre. iuxta portam, qui
bona ipsius hospitalis reinueniat, manuteneat et conseruet et
conseruari faciat, et de predictis bonis, et rebus, massaritiis, et
lectis hospitalis predicti teneatur facere inuentariū, et monere
hospitalarium, et eidē mandare, quod res et bona dicti hospitalis

det et teneat ad servitium pauperum. et non ad ipsius proprium usum
et ipsos pauperes ad ipsu hospitale venientes benigne et misericorditer
pertractare et recipere debeat. et tenere. et sic dictus hospitalarius man
datum ipsius syndici non servaverit, sed potius neglexerit illud. et se
sic habere voluerit. quod dictus syndicus possit talem hospitalerium remo
vere. et alium reeligere, et substituere loco sui. et sibi in toto vel in
partem officium interdicere. prout utilitas exegerit hospitalis.
et si aliqua persona male fame esset in dicto hospitali, vel in ipsu
ventura esset pro tempore, quod dictus hospitalerius ad requisiti
onem dicti syndici eam debeat removere. qui talis syndicus possit
esse laycus, sive clericus, et debeat dictum hospitale requirere duabus
vicibus pro qualibet hebdogmada. et si expedierit in predictis, con
sensus et authoritas domini Narniensis episcopi. quod ab eo miseri
corditer imploretur. inventarium vero hospitalis predicti semper
publice in eo debeat residere. et predicta potestas fieri facere tene
atur vinculo juramenti. et ad penam centum librarum cortonensium
de suo salario. et si talis syndicus esset negligens in predictis.
in decem libris cortonen. vice qualibet condenatur per syndicos, qui
syndicabunt potestatem, et alios officiales dicte terre. ipsique etiam
debeant ratiocinare de dolo gestis, et neglectis, et dictus syndicus petet
lecta et relicta, et judicia, et alia que ipsi hospitali relicta fuerint.
sub pena centum sollid. cortonensium de suo salario. et camerarium comunis
predicti teneatur et debeat de pecuniis comunis dare et solvere ipsi hospita
lerio sex libras cortonen. de quibus deinde emantur panni per dictum
syndicum pro lectis dicti hospitalis. proviso quod potestas primo mense

sui regiminis iurari faciat omnes notarios de dicta terra. quod
debeant assignare dicto syndico omnia relicta facta, et facienda
ipsi hospitali in octo dies post relictum factum sub pena centum solidorum
cortonensium uice qualibet et pro quolibet eorundem. et quod omnia relicta
ipsi hospitali facta et facienda ad petitionem dicti syndici, potestas
et sui officiales teneantur et debeant cogere et constringere fidei
commissarios et heredes testatoris, uel illius, qui fecerit relictum
summarie et de plano, sine strepitu et figura judicij. in personis et
rebus, non obstantibus aliquibus feriis, facta prius fide dicto potestati,
uel suis officialibus de dicto relicto per testes, uel instrumenta. et si
dictus heres, uel fidei commissarius essent clerici, uel non subiecti
jurisdictioni dicti comunis, requiratur Diocesanus, quod placeat sibi dictum
clericum, uel non subiectum cogere et constringere ad dicta relicta
dicto hospitali soluenda. et quod potestas teneatur quolibet mense
pro hospitalerio et syndico predictis mittere et ab eis et ipsorum quo
libet per sacramentum exquirere si sciunt aliquem, qui dare teneatur
aliquam pecunie quantitatem, uel aliquid hospitali predicto. quod ipsi duo
debeant potestati assignare.

De pena arrengantis ultra proposita. cap.o 25.

N e oratores transgrediendo terminos ualeant ultra proposita arrengare.
statuerunt et ordinauerunt, quod nullus consiliarius consulat uel arrenghet
ultra proposita. nec etiam repetat dictum alterius consultoris. qui uero
contra fecerit in quinque soldis cortonensibus per potestatem de facto
uice qualibet puniatur.

Quod nullus intret consilium sine licentia cap.o 26.

.C. cu testante catone nemo non uocatus ad consilium debet dirigere calles suos. quapropter temerariorum uersutiis obuiantes statuerunt quod nullus intrare presumat palatium dicti comunis, dum esset congregatum consilium generale et dominorum priorum terre predicte sine licentia potestatis, et uoluntate ipsius consilii. qui uero contra fecerit in decem solidis cortonensium per potestatem uice qualibet puniatur.

Quod medici non cogantur acceptare aliquod officium cap.° 23

.C. Ut imbuti scientiis, et presertim medici, quibus conceditur aliqualis prerogatiua non grauentur inuiti. decreuerunt et ordinauerunt quod nullus medicus possit grauari inuitus de aliquo officio, excepto quod de officio consiliarie. nec etiam cultor damne eligatur inuitus. et si secus fieret, ipsa electio non ualeat ipso iure. et potestas ipsos non cogat sub pena decem librarum denariorum cortonensium. dicto comuni de suo salario soluenda.

De instrumentis venditionis factis in fraudem cap.° 24

.R. 54 Ad obuiandum malitiis fictitie contrahentium. statuerunt et ordinauerunt. quod si aliquis uendidisset possessionem aliquam occasione alicuius cure, uel cautionis, quam pro eo fecisset, uel aliquam obligationem uel depositum fecisset alicui. et post tempus diceret uenditor dictam uenditionem factam fuisse pro cura et cautela uen. recipientis. et hoc posset probari per legitimos testes, uel publicam famam decem testium fide dignorum approbatam quod ipsa uenditio fuerit facta pro cura ipsius, et de ipsa cura esse sibi integre satisfactum. uel satisfacere in effectu. potestas ad petitionem petentis faciat huiusmodi instrumentum cassari et cancellari intra spatium quinque dierum, quamuis cuique emptor huiusmodi esset in tenuta, et possessione dicte terre uendite. et uenditorem in possessionem inducat. si uero aliquis fecerit instrumentum alicui uel apud aliquem occasione pacti, tempore retroacto, uel quocumque tempore de aliqua

14v

quantitate pecunie, uel in re. idem tale instrumentum cassetur ad petitionem petentis dummodo probetur per quattuor testes de credulitate fide dignos uel per notarium, qui tale instrumentum conscripserit et duos testes de fama uel credulitate quod dictum tale instrumentum fuerit occasione pacti confectum non obstante quod si dictum tale instrumentum apparere fuisse confectum in forma mutui uel depositi. ad hoc ut predicti testes habeant in bonis pro quolibet in catastis dicti comunis ducentas libras, et sint bone opinionis et fame. non obstante aliquo processu facto, sub uirtute prestiti iuramenti et ad penam uigintiquinque librarum cortonensium. presumantur etiam simulate et fictitie venditiones facte de bonis quibuscumque que post venditionem possideantur a venditoribus per tres annos et ultra pacifice et quiete et emptor in sua libra accatastari non fecerit, uel de eis datias et collectas non soluerit, casque potestas teneatur et debeat uinculo iuramenti cassari, et cancellari facere ad petitionem cuiuscumque petentis.

De privilegiis et instrumentis comunis recondendis cap.o 29

ythis

Ne Privilegia et Instrumenta et alia dicti comunis iura Perdantur sed potius conseruentur illesa Hoc inviolabili decreto firmauerunt quod potestas et Consiliarii dicte terre qui pro tempore fuerint teneantur et debeant Vinculo Juramenti et pena statuti lib: Cort. pro quolibet dicto comuni soluendo tempore sindicatus et in fine eorum officij infra octo dies post publicationem huius statuti fieri facere Vnam arcam seu Cassam in qua reponatur et collocetur omnia privilegia Instrumenta iura et Carte dicti comunis ac

.R. Unu ex Catroris cois pdcj quj qdi cassa pmoueat 2 ri
ponat in sacrestia loci S.ti Franci de S.to geno 2 sit cla
usa cu tribz clavibz una qrum teneat p guardianu
dcj loci alia p unu ex dnis priorib dce terr pbiore 2
alia p Camerariu cois pdcj q p tpe fuerint qui cappe
cassa conuocatis dcis claues tenentib cu expedierit api
at p dca cois Jurib ostedendis 2 aliter apiri no pos
sit transgressores aute ut dolu in his pdictoru
quolibet ommittentes in Centu libz p qlibet 2 uice
qualibet codenetur

De ordine Consilij faciedi Cap.o 30
et q bona cois no alienet nec donetur

69. solvendum Addicientes quod aliquis in carcere poni non possit pro aliquo maleficio vel debito vel alia causa si carceribus mancipandus fideiussores idoneos vellet dare et daret, nec etiam possit ab aliquo fideiussionem recipere in magiori quantitate in qua condemnari deberet Et qui contra fecerit in viginti quinque libris cort. vice qualibet condemnetur quod quidem capitulum potestas et alij

officiales legi(?) vulgarizari faciant omni mense in consilio generali [...] dominorum priorum dicte terre publice et notorie ut omnibus pateat quod si non fiet in vigintiquinque libris cortonensium pro quolibet et vice qualibet scindicatus tempore condempnetur.

De insultu cum armis et sine Cap. 16

74 Quicumque fecerit insultum ipetum vel agressuram contra aliquam personam cum infrascriptis armis videlicet spata spontone mazza ferrata lancia cultello signalaxe zappa uanga bidente pala bastone ferrato vel aliis similibus in sex libris cortonensium vice qualibet condempnetur et si cum omnibus in dictis armis insultaverit sed si arma predicta vel earum altera euaginaverit insultando in decem libris cortonensium vice qualibet condempnetur si vero cum dictis armis vel aliquo ipsorum percusserit si pena percussionis est magior quam pena assalimenti tunc puniatur delinquens in pena percussionis et non assalimenti si vero pena percussionis non excederet penam assalimenti tunc puniatur delinquens in pena assalimenti et non percussionis si vero assaliverit cum baculo vel bastone vel alio genere armorum deffensibilium in quatuor libris cortonensium vice qualibet condempnetur et si adminaverit quatuor [...] ver teneantur Insultus vero intelligatur quando quis se moverit contra aliquem de loco ad locum eundo contra eum liceat tamen assalito et in [...] eum tam cum armis quam sine se defendere sine pena dummodo [...] defensionem fecerit in continenti et sine aliquo intervallo Si [...] aliquis fuerit assalitus ad domum sue habitationis quod tunc omnes pene predicte contra trasgressorem totaliter duplicentur et in maleficio de nocte[...]

De pena percutientis aliquem cum armis Cap. 17

75 Si quis percusserit aliquam personam in terra Sancti [...] vel eius districtu cum armis ferreis videlicet spada cultello plombarola lancia ferrata spontono zappa vel aliis armis similibus a collo supra versus faciem cum sanguinis effusione et cicatrix turpis remansura sit et remanserit in ducentis libris cortonensium vice qualibet condempnetur et si cicatrice turpi [...]

42v

remansura stat et credat iudicio Rectoris ~~Potestatis~~ dicte terre qui pro tempore
fuerit et super hoc dicti iudicis declaratio approbet(ur). Et si ex ipsa percus-
sione cicatrix turpis duratura non remanserit in centum quinquaginta
lib(ras) cort(onenses) vice qualibet condemnetur si vero sanguis non exiverit viginti lib
cort solvere teneatur. Si vero percussio facta fuerit in capite cum dictis
armis et cum sanguinis effusione in centum lib cort percutiens vice qualibet
condemnetur si vero percussio facta fuerit in collo et a collo infra in quinquaginta
lib percussor solvere teneatur si sanguis inde exiverit si vero sine sanguine in
decem lib cort vice qualibet condemnetur si vero ex ipsa percussione membrum
aliquod incidi vel frangi vel quando ipsa percussio ad interiora corporis pervenerit
in centum lib vice qualibet condemnetur duplicatam penam patrator criminis solvere tene-
atur si membrum aliquod deformatum vel turpe remanserit ac ex ipsa
percussione dens perdi contigerit pro quolibet in quinquaginta lib cort condemnetur
si vero ex ipsa percussione pes vel manus nasus lingua vel labra contigerit
amputari pro quolibet dictorum membrorum et vice qualibet in ducentis lib cort vice
qualibet condemnetur Et si tandem ex ipsa percussione oculus cicaret(ur),
si vero cum dictis armis adminaverit et non percusserit sex libras cort
solvere teneatur. si quis vero percusserit et mutilaverit aliquod dictorum
membrorum et bannum solvere non poterit quod tunc eadem manus dextera
penitus amputetur ita et taliter quod a corpore separetur Et in omnibus supradictis
casibus percutiens teneatur et debeat solvere penam de armis que secum
portaverit ad committendum predicta et de portatione ipsorum armorum secun-
dum formam statutorum nihilominus condemnetur, si quis vero costam alicuius
fregerit si cum sanguine in centum lib, si sine sanguine in quinquaginta lib
cort condemnetur, si vero cum baculo, arundine, lapide et his similia a collo supra et sanguis exierit
pro percussione qualibet condemnetur, et si cicatrix turpis remanserit in ~~quinquaginta~~ lib condemnetur
in quindecim lib et ~~De pena proicientis turpitudinem ad domum sui vicini~~
si vero sine sanguine in decem lib pro qualibet percussione condemnetur, si autem in collo et a collo infra et
sanguis exiverit in decem libris puniatur si sine sanguine in centum soll cort pro qualibet percussione puniatur
~~turpitudinem aliqua proiecerit ante domum sui vi-~~
~~cini que possit ad iniuriam reputari in decem sol cort vice qualibet~~
~~puniatur~~.

De pena dicentis alicui uerba iniuriosa

Si quis dixerit alicui uerba iniuriosa ut tu mentiris per gulam ut non es legalis vel his similia in ~~sold~~ soll. cort. uice qualibet condemnetur pro quolibet uerbo dummodo non fuerit dictus iniuriatus ab ipso

De pena dicentis alicui uerba iniuriosa Cap.º 18

Si quis dixerit alicui uerba iniuriosa ~~alicui~~ ut falsarium proditorem cornutum latronem furciferum vel his similia in viginti sol. cort. pro quolibet uerbo iniurioso et uice qualibet condemnetur. Et si ille cui dicta fuerint talia uerba iniuriosa stante tali prouocatione et eodem instanti ad sui honoris defensionem responderit tu mentiris per la gola talis exmentitor ad aliquam penam nullatenus teneatur sed si per talem iniuriantem et prouocantem fuerit legitime probatum uerba iniuriosa per eum dicta esse uera talis exmentitor in tantundem penam uice qualibet condemnetur. Et si quis reimproperauerit alicui aliquam iniuriam in se passam vel alicui suum consanguineum usque in tertium gradum secundum Jus canonicum computandum de qua iniuria pax facta esset in viginti quinque sol. cort. uice qualibet condemnetur. si uero pax facta non fuerit in medietatem dicte pene vigintiquinque sol. cort. soluere teneatur, que quidem pene ... in palatio duplicentur si ibi dicta fuerint, prouiso quod si aliqua persona male fame dixerit uerba iniuriosa alicui bone fame semper penam soluere debeat duplicatam et super predictis possit procedi per Inquisitionem denumptiatione et accusatione capto aliquo non obstante Et quilibet possit contrafacientem denumptiare et accusare et accusator vel denumptiatoris dicti in credentia teneatur

43v

De percussione cum manu uacua Cap.o 19

Si quis rascbiauerit seu percusserit aliquam personam manu pede uel pugno in facie uel a collo sup(ra) cum sanguinis effusione in decem lib(ris) cor(tonensium) vice qualibet condemnetur si sine sanguine in centum soll(idis) cor(tonensium). Si vero in collo et a
7-6 collo infra in quacumque corporis parte et sanguis exierit in centum soll(idis) cor(tonensium) vice qualibet puniatur si sine sanguine in quadraginta soll(idis) cor(tonensium) puniatur pro qualibet percussione et vice qualibet, si vero aliquis ceperit per capillos ingiuriose contra voluntatem ipsius in duabus lib(ris) cor(tonensium) vice qualibet puniatur, si vero eum in terram prostrauerit et ceperit per capillos et trascinauerit in decem lib(ris) cor(tonensium) condemnetur, pro vice qualibet qua fuerit commissum factum Et si quis impunserit aliquem et eum cader fecerit in terram, si cum sanguine in decem lib(ris) cor(tonensium) et vice qualibet condemnetur, si vero sine sanguine in centum soll(idis) cor(tonensium) condemnetur, et si dederit sibi calcem in decem soll(idis) puniatur pro calce qualibet, si quis etiam dilaniauerit pannos alicuius contra eius voluntatem iniuriose in duabus lib(ris) cor(tonensium) vice qualibet puniatur Et si ceperit ullo modo aliquem iniuriose et non dilaniauerit in viginti soll(idis) cor(tonensium) pro qualibet vice soluere teneatur.

De pena facientis assalimentum et rumorem ad palatium com(un)is Cap.o 20

Facientis assalimentum uel rumorem ad palatium com(un)is dicte terre residentie potestatis uel eius vic(arii) dicte terre si cum armis in centum lib(ris) cor(tonensium) condemnetur si vero sine armis in quinquaginta lib(ris) cor(tonensium) vice qualibet puniatur si vero fiat percussio cum sanguine de illa percussione penam soluere debeat duplicatam contentam in capitulo statutorum salvo quod illi euntes ad dictum palatium cum armis et sine mandato potestatis uel consilij generalis dicte terre qui tunc ad dictam penam nullatenus teneantur.

De pena furantis Cap.o 21

Quicumque furatus fuerit in terra S(anc)ti Geminiani sine burgis soluat nomine pene camere illorum d(omi)nis infrascriptas penas videlicet quod si res furata fuerit valoris quinque soll(idorum) cor(tonensium) et ab inde in soluat fur duas lib(ras) denariorum cor(tonensium) si vero furatus fuerit a quinque soll(idis) sup(ra) usque in decem soll(idis) soluat tres lib(ras) cor(tonensium) si vero

furatus fuerit a decē soll sup usq ad uiginti soll cort soluat ~~tres~~ sex lib cort
si uero fuerit ualoris uiginti soll et ab inde s usq i quadraginta soll
soluat decē lib cort si autem fuerit ualoris quadraginta soll et ab inde supra
usq ad centu soll cort soluat triginta libras cort si uero res fuerit
ualoris centu soll et ab inde supra usq in decē libris et ab inde sup
usq ad uiginti lib soluat ducentu libras et si ipsā penā soluer nō poterit
manus destra ei penitus amputet Et si furatus fuerit rē ualoris
a uiginti lib cort s soluat quingentas lib cort et si soluer nō pot-
erit in termino i sta statuendo furans laqueo suspendat Ita ez
tate q penitus moriat Si uero i cāpo uel strata aliqs fecerit roba
riam a re ualoris decē lib. cort supra usq i uiginti et a uiginti
lib sup uel re tanti ualoris soluat noie pene dce camre sexcentas lib.
cort et si bānum soluer nō poterit i a quindeci dies suspendat Itaq
penitus moriat Et i oibus dictis casibus furtu et dānu emendet
i duplū Si uero aliquis domū alicuius quatcuq intrauerit c g uoluntatē
dni dce domus si d nocte fuerit i centu lib cort cōdenat si aut
de die in quinquaginta lib cort puniat Si uero aliqs latro publicus
fuerit infamatus et laboraret furti i famia q eum per gulam furcis
laqueo suspendat Itaq penitus moriat Si aut predicta uel aliq predictor
cōmiserit extra terrā s. gni in territorio dce terre, nihilominus sub-
iaceat dictis penis Addicientes q si quis uiolenter extorserit derob-
auerit uel acceperit alicui c g eius uoluntatē usq i duodeci denarior
et ab inde infra centum soll cort soluat ab inde uero sup usq i duob
soll soluat decē lib cort ab inde uero sup usq i quatuor soll. soluat
uiginti lib. cort et sic subsequeter pro rata ut s permittit nume-
rari si plus uiolenter acceperit soluere teneat et si pena soluer nō
poterit i termino memorato nihilominus subiaceat dictis penis
si uero receptauerit res predictas scienter furto subtractas subiaceat
dictis penis et nihilominus rē ablatā duplicatā restituer teneat

12 44v

De pena immittentis ignem Cap.o 22

Siquis immiserit ignem studiose in domum alterius sive in terra dicti g... Burgis sive extra si de nocte fuerit in quatrigentis lib. cort. condemnetur
93. de die vero in centum lib. cort. puniat. et in utroque casu damnum emendet patienti in duplum et stetur sacramento dominus dampni passi de dicto damno Et si si penam solvere non poterit comburatur igne quod penitus moriatur si aut. per fugam evaserit procedat. contra eum et ponat. in banno in dicta quantitate et dampni emendationem in duplum et bona sua ~~publ~~ publicentur Com.is Illis primo satisfacto et emendato damno dampni passo si vero cappanam metam vel paleareum quis studiose comburerit si fuerit de nocte in centum lib. cort. pro qualibet predictorum et vice qualibet condemnetur si aut. de die in quinquaginta lib. cort. puniat. et damnum in duplo patienti emendet Addicientes quod nulli liceat ignem facere in cappanis vel domibus alienis de die vel de notte in quo ignis fuerit accensus vel de die sequenti intelligat. studiose fecisse et tunc in dictis ut prescribitur condemnetur

12

De incendio et guasto Cap. 23

Cuicumque de dicta terra factum fuerit extra dictam terram guastum
94 sive incendium quocumque modo exceptoque per grandinem vel cavalcatam in illis rebus vel possessionibus que extimate sunt in libris vel catastis com.is pro dictis in quatringentis lib. cort. malefactor vice qualibet condemnetur et damnum patienti emendet si vero malefactor capi vel haberi non poterit exbanniat. et condemnet. in quantitate predicta et eius bona Com.is publicent. Et si dictus malefactor fuerit clericus vel religiosus capiat. per potestatem vel off. eius et mittat. in manibus epi. Et locum habeat in illis personis qui collectam solvunt in com. de quibus extitit declaratum si vero dictus malefactor commiserit et venerit in fortiam curie puniat. in persona videlicet comburatur et sua bona Com.is predicti publicent. et ideo intelligatur de furto ad damno dato in mesis segetum quod per dictum malefactorem debeant emendari Qui vero ipsum damnum guasti sive incendium poterit emendari ex ipso met vel sui familiares ipsum damnum guasti sive incendium fecerint vel fieri mandaverint et fuerit clarum per testes vel per homines de contrada fidedignos et omni exceptione maiores

in contu toto corp[oris] cedenes Adijcientes q[uod] si aliquis miserit ignem in stipula
vel alia re no[n] studiose et dannu[m] alicuius fecerit dannu[m] illud emendare debeat
patienti sine strepitu et figura iudicij Et hoc potas et suj off[iciales] teneant
fieri facere et executioni mandare ad instantiam cuiuscunque petentis ad pena[m]
quinquaginta librarum cor[] de ipsius salario, teneant et debeant et omni
mese semel bandiri facere q[uod] i[n] mittendo igne[m] culpa aliqua no[n] com[m]ittat
ne homines possint incurrere i[n] dictu[m] dannu[m] tamen in dcto casu ad aliqua[m]
pena[m] minime teneat sed habentes olibanos et fornaces ultra emen=
datione[m] dani in dicto casu pen[a] noie decem libras cor[] solvere teneat

R De castigatione familiaris et danni dantiu[m] i[n] possessione alterius Cap. 24

71 Si quis castigaverit aliquem suum familiarem moderate vel aliquem dannu=
dantem i[n] sua possessione cum bestijs studiose si sine sanguine
ad penam nullatenus teneat[ur] et sit licitum ab eo pignus ~~[illegible]~~ acci
[illegible] pere et auferre, et credatur dno rei vel laboratori, vel eius familiaris
cu[m] sacramento, q[uod] in re sua dannu[m] dederit, no[n] obstante aliquo statuto
supra vel infra posito vel ponendo

R De fatturarijs indovinis et ~~[illegible]~~ Venefitijs male fame Cap.o 25

Fatturare sive fatturas facere vel indovinare nulla persona i[n] dicta terra
vel extra audeat vel presumat nec veneniu[m] preparare vel maleficium aut
90 nocivu[m] poculum preparare facere vel alicuj dare ad penam centu[m] librarum
cor[] Et si quis d[e] veneno vel malo poculo sic dato occiderit [illegible]
dans vel patrans de[illegible] delictu[m] i[n] [illegible] toto cor[] vice qualibet cederit [illegible] me=
retricem publicam et questuaria[m] ultra duos dies ullus tenere audeat i[n] domo
[illegible] sua nec lenones publicos vel perversos homines vel male conditionis et famae
[illegible] ad pena[m] ~~[illegible]~~ bay. 10. ~~[illegible]~~ p[ro] die qualibet ~~et qualibet~~ et qualibet eorund[em], proviso
[illegible] q[uod] mulier intelligatur male conditionis et fame et inhoneste vite que pala[m]
suj corporis fecerit questum vel que publice se indivinatricem se fecerit
vel que de furtis et receptatione vel lenocinio fuerit infamata vel mulieres

45v

uel uiros de his fecerit peccatores uel protulerit testamentu falsum
Addicientes q si supradictã penam centu librarum transgressor soluere no
potuerit uel noluerit infra dece dies a die late sententie qapueretur
singua ita et tali q loqui non possit Et q potas teneat et debeat
Vincula Iur. et ad penam centu lib. Corz ad denunciationem cuiuscuq pr
rrigente Iraq infra denunciatione seu accusa sit nome accusatoris seu denu=
ntiatoris dictas tales personas in predictis ut premittit culpabiles
uel delinquentes capi facere statim producta accusa seu denu pdia
ipsosq delinquentes detinere et i carcere cois detrudere si uollet dare fideius
ssores et cu eis uel eis procedere ad tormenta habita fama p quinq
testes q d illo delicto d quo accusatus uel accusata esset culpabilis et
fama uageret

De mo procedendi d similibus ad similia Cap 26

De oibus maleficiis et delictis quorum pene no sunt expresse i presentj
Statuto potas et sui officiales possint procedere et penas imponere
d similibus ad similia et ubi simile no reperiretur seruet consuetudo.
et ubi no reperiat consuetudo locu sibi uendicet ius comune

De beneficio Confitentis maleficiu Cap 27

113 Confitentj uullus sponte uel delictum de quo procederet coram
eum remittat quarta pars pene seu quantitatis in qua
condenarj debeat et alia quarta pars pro pace et alia quarta pars si soluer
rit i dece dies post condemnationem

De pena exeuntis aliunde q p porta Cap 28

Terra S. gni nisi p portas apertas nulli intrare liceat uel exire
ad penam quinquaginta librarum corz pro quolibz et qualibz uice
97 fuerit contrafactu et plus et minus prout potas uidebit co=
denet et potas muros cois oi mense reuideat et faciat reuidere
et ubi oportunu fuerit ad dicta pena reparari facere teneat
Addicientes q nulli liceat habere i muris dicte terre hostiu uel fenestras

a dece et otto pedibus infra et quod ut et quo aliquis posset ingredi vel
exire et qualibet habens dictum hostium vel fenestram debeat ipsum vel ipsam
recludere cum calce et lapidibus et arena in ea grossitudine que est murus
in quo esset tale hostium vel fenestra in otto dies postquam per dicta terra bandi
tum fuerit, contrafacientes autem in quinquaginta libris cortonensium vice qualibet
et pro hostio vel fenestra qualibet condempnetur. Liceat tamen habentibus domos prope
muros comunis facere in dicto muro comunis aliquod forame cum licentia potestatis ad proce-
dendum terrapienum extra dictos muros et post remurare modo et forma predicta
Et hoc potestas teneatur omni mense facere generalem inquisitionem et repertos
culpabiles in dicta pena punire quem statutum bandire faciat primo mense
sui regiminis ad penam supra positam et annotatam

R De guasto et danno dato in capis Cap. 29

Accipiens decorrentem vel ligna aliqua de cappanna alicuius sparando
95 seu discoperiendo vel aliter eam deguastando in partem solvat nomine
pene decem libras cortonensium Et credatur sacramento illius cuius est dicta cappanna
vel laborans si autem in totum quis cappanam deguastaverit vel magiorem
partem eius solvat nomine pene vigintiquinque libras cortonensium et de hoc statur
sacramento domini dicte capanne vel laboratoris seu custodis et dannum
semper in duplo patienti patrator criminis emendare penitus teneatur

R De portatione armorum et eius pena Cap. 30

Nullus terrigena vel forensis audeat vel presumat portare arma per dictam
73 terram et eius burgos offensibilia vel defensibilia videlicet spadam Cultellum pugi
onem et his similia Et qui contrafecerit in quatuor libris cortonensium pro qualibet
genere dictorum armorum offensibilium et vice qualibet condempnetur Et pro quolibet
genere armorum defensibilium in duabus libris cortonensium vice qualibet condempnetur
si de die fuerit si autem de notte pena duplicem solvere teneatur Prioribus autem
et his qui sunt de numero dictorum priorum dicte terre liceat portare impune
per dictam terram et eius burgos omnia et singula arma offensibilia et defen
sibilia preter quatrellum quem ferre et portare nemini liceat sive arcubusettum
sub pena vigintiquinque libras cortonensium de die et de notte in quinquaginta tot

et ipsu perdat si vero aliquis aufugerit ante not.rii vel familia
potestatis dum iret rimando pro armis et sibi dictu fuerit aspecta=
re vel q. plane iret et nollet expectar q tunc habeat p confesso pro
tribus armis tantu vz spada pugione et cultello Et illud ide sit
si non promiserit se rimari q pro confesso habeat p dcis trib armis
et tn mo predco tribus armis possit et debeat codenari Et in dictis
casibus penam debeat solvere duplicata et credat relationi familie
potestatis salvo q si aliquis esset in via eundi vel redeundi d foris
et habuerit zappa bident. runciu et similia ad pena nullatenus
teneat et de predictis stet sacramento arma portantis si fuerit bone
conditionis et fame Et potas teneat et debeat mitter familia sua
pro armis et not.rm p terram predicta et burgos eius semel in edoma=
da ad pena dece lib cor d suo salario seindicatus tempor solvere
Cam.re Ill.mi Addicientes q nullus possit nec debeat portar cultellum
vel alia arma offensibilia involutis vel involuta i guaina cinturia
vel alijs pannis seu ascosa i eis ad hoc ut de ipsis armis se aliquid
non perpendat Et cui fuerint inventa dicta arma vel alia genus
por sic portar in dece lib cor vice qualib et p quolib dictor armor
gener codenet nec sibi pficiat beneficiu confessionis i aliquo q itu=
lib no vendicet sibi locu Et potas et sui officiales continuo faciat
discurr et rimarj: Vetturales aut et alij p dicta terra et burgos
cu bestijs transeuntes debeant et teneant portar arma ligata
et tunc cu inventi fuerint cum dictis armis ligatis ad penam
nullatenus teneantur

De pena Extrahentis terminos Cap.o 31.

Quicunq malitiose extraxerit terminos si probatu fuerit et
100. vel Essent inde violenta presupsio vel fama p homines de contrada
in vigintiquinq lib cor pro quolib termino et vice qualibet codenet
et qui falsos imiserit terminos illud idem firmiter declarat

De receptatione banditorum Cap.° 32

Receptans scienter exbanditum comunis dicte terre pro homicidio in dicta terra vel burgis in domo sua vel conducta in quinquaginta libris comunis vice qualibet condemnetur si vero extra terram vel burgos eum receptaverit et cappanna dando sibi comedere et bibere in vigintiquinque solidis comunis vice qualibet puniatur si vero exbanditum pro alio maleficio receptaverit puniatur in centum soll. comunis vice qualibet et pro quolibet exbandito sed si locutus fuerit aut staret cum eo extra dictam terram non teneatur ad penam pro debito vero exbanditus in tali casu nullatenus habeat

De pena interficientis animalia Cap.° 33

Bovem asinum equum Juvencum mulum porcum vel his similia alicuius persone interficiens in Centum soll. comunis pro bestia qualibet et vice qualibet condemnetur Pro alijs vero animalibus quinque soll. pro quolibet animale et vice qualibet nomine pene solvere teneatur Et etiam in quolibet casu predictorum dampnum in duplum patienti transgressor debeat emendare [illegible]

Qui nullus de periurio condemnetur Cap.° 34

Accusati denunciati vel inquisiti si se periuraverit negando eo de quibus procedit contra eos et maleficium fuerit contra eos probatum solvat in continenti sine prolatione sententie inquisitus soll. comunis et nihilominus solvat penam in qua deberet puniri secundum probatam contra eos tamen contra quos criminatur secundum formam statutorum dicte terre dummodo de periurio per potestatem aliis ut dictum est sententia non feratur.

De negatione parentum offitialium et scripturarum Cap.° 35

Si quis in Judicio negaverit patrem matrem fratrem filium avum alicuius potestatis Judicem vel vicarium vel notarium Curie dicte terre seu alium notarium dicte terre vel qui in dicta terra publice officium exercet dummodo de suo privilegio fidem faciat si peteret ab eo vel Abbatem vel abbadissa alicuius monasterij Archipresbiterum vel Priore et probatum

47v

fuerit contrarium penam in vigintiquinque libr. cor. pro quolibet et vice qualibet condemnetur sed si errorem suum revocare voluerit confitendo quod negavit possit infra duos dies a die negationis facte numerandos et tunc nullam penam solvere teneatur

12 Quatenus potestas possit procedere in malefitiis capitulo 36

Potestas Judex ut vicarius dicte terre et quilibet ipsorum possit procedere cognoscere processus initiare mediare et finire et sententias ferre super quocumque
68 crimine malefitio vel delicto diebus sollemnibus feriatis et non feriatis per inquisitionem denumptiationem et accusationem et de his et quolibet eorum sententias ferre et procedere prout eis videbitur et placebit et processus valeant et teneant ipso iure nec possint impugnari vel frangi et si in aliquo ordo iuris vel sollemnitates seu subtilitas fuerit obmissa dummodo de malefitio plene constet excepto quod contra mulieres Potestas et sui officiales vel aliquis ipsorum per inquisitionem procedere non possint de aliquo malefitio vel delicto nisi primo recipiantur duo testes ad minus qui probent legitime malefitium vel delictum per quod fieret inquisitio contra eas esse commissum et detur copia processus testium receptorum ante responsionem fiendam per eas et presentatione ipsarum vel alicuius earum Et aliter contra mulieres vel aliquam earum per inquisitionem procedi non possit et si per viam denumptiationis vel actionis procedi contingat contra eas vel aliquas ipsarum semper debeat poni et scribi in ipsa denumptiatione vel accusa nomen promotoris huiusmodi denumptiationis vel accuse Et ipsa denumptia vel accusa semper contra eas porrigatur in scriptis nec etiam postquam excusaverint se possint detineri constricte dummodo fideiussores dederint vel dare parate fuerint Et si pro curia sciverit quominus faciat ipsas excusari vel super testimonio examinet easdem si potuerit et ad testimonium perhibendum detineri non possint nisi usque vocate fuerint ad vesperas in ecclesia sancte Marie et non in palatio communis semper tamen intelligatur cum sollemnitate in alio capitulo contenta quod excepta causa hominis et examinationis mulierum consanguinei debeant interesse et in aliis que in dicto capitulo continentur

et si secus fieret per potestatem et officiales eius subiaceant pene vigintiquinque
librarum cortonensium pro quolibet et vice qualibet Et tales mulieres possint recedere
sine pena Et si talis denumptiator vel actor denumptia vel accusationem non
probaverit solvat nomine pene illam penam ad quam teneretur talis accusatus
si dictum maleficium vel delictum probatum fuisset legitime de quo accusatus
vel denumptiatus esset proviso quod nulla persona pro testimonio perhibendo
possit carceribus mancipari Et si potestas et sui officiales contrafecerint in
quinquaginta libris cortonensium de suo salario vice qualibet tempore sindicatus
condempnentur Addicientes quod in qualibet sententia ferenda quod delinquentes si contumax
fuerit et non comparuerit ad dandum fideiussores quod bona dicti talis deli-
quentis in contumacia sufficientis confiscentur et obligentur camere Illustrissimi domini
usque in quantitatem in qua talis delinquens fuerit condempnatus per dictam sen-
tentiam a die termini in antea et quod dicta bona vendere faciat prout in
capitulo de venditione bonorum exbannitorum latius continetur

R

De cessione prohibita cap. 37

Statuerunt et ordinaverunt quod nullus terrigena vel forensis audeat
contra aliquem emere vel sibi cedi facere aliquod ius vel actionem aliquam
nec aliquem titulum lucrativum alicui ad penam quinquaginta librarum
cortonensium et si fecerit vel factum fuerit a quinque annis citra non valeat
ipso iure salvo et reservato quod si essent duo tres vel plures debitores
et fuissent principaliter in solidum apud aliquem creditorem ex aliqua
causa obligati et appareret aliquem ipsorum debitum dicto creditori solvisse
per publicum instrumentum vel instrumentum quietationis vel instrumento
cancellationis vel etiam sine instrumento quod ipse talis quod dictum debitum
solvit sine pena legis et curie possit emere vel sibi recipere actio-
nem contra eum vel eos et reos suos cum quo vel quibus obligatus fuisset
Et potestas dicto recipienti et emendi dicti iuris et actionis esse favorabilem
debeat iure suo prout in capitulo de fideiussoribus dampnificatis plenius
continetur Et fideiussori liceat contra reum pro quo fideiussit cessionem
sine pena recipere actionum

48v

De castigatione propinquorum Cap.o 38

Corriger et castigar fratrem sororem generum filium cognatum nepotem vel alios
102 consanguineos vel affines usque in tertium gradum secundum jus canonicum computando
in modum correptionis sine ferro cum baculo pugno manu corrigia
sine sanguine vel capiendo per capillos proiciendo in terra vel dar cum pe-
dibus et calcibus et sine sanguine cuilibet liceat et credat sacramento
correptoris et castigatoris et correptionis quam fecerit consanguinitate
et affinitate approbata coram curia dicte terre. Quicumque autem interfecerit
aliquem suum consanguineum sive consanguineam usque in tertium gra-
dum penam duplam solver teneatur. Et quod eidem non possit prodesse pax concor-
dia nec parentela. Qui autem vulneraverit aliquem ex predictis cum ferro
vel lapide cum sanguinis effusione penam duplicatam solver teneatur. Et
quicumque patrem vulneraverit cum sanguine vel sine, quod ultra dictam
penam debeat stare et morari in carceribus dicti comunis per spatium duorum
mensium continuo. Et si pater ipsius vellet eum ultra dictum tempus
in dictis carceribus commorari, quod tunc plus ad sui libitum commoretur in eis, et
non minus decem duorum mensium. Quicumque nepos commiserit aliquid ex predictis
in persona sui patrui carnalis quod in similibus pena incurrat.

De pena offendentis terrigena Cap.o 39

Si potestas vel aliquis ex officialibus vel familiaribus suis vel cancellarius dicte terre
quod non offenderent seu percuteret aliquem de dicta terra cum sanguinis ef-
fusione vel sine teneatur ad penam duplicatam vel in singulis statutis capitulis
de malefitijs continentur quam penam novus rector si sibi denuntiatum
fuerit eisdem transgressoribus teneatur et debeat auferre et inquirere et
procedere valeat teneatur et debeat de predictis et si dicta pena non solveretur
per officiales et familiares predictos quod potestas solver teneatur nisi daret et
assignaret sciendico dicte terre vel novo subcessori offitialem vel offitiatum
delinquentem qui tenetur in dictis carceribus dicti comunis teneatur donec solverit
dictam penam. Si vero terrigena offenderet potestatem vel judicem offitialem
et familiarem eius vel cancellarium dicte terre quod tunc pro potestate et cancel-
larium in quatruplo condemnetur pro judice vero et alijs officialibus et familiaribus
penam duplicatam solver teneatur et in eisdem penis potestas possit talem delinquentem punire
et condemnare et penam ab eodem eodem exigere ad penam decem librarum corte de suo salario
tempore sciendicatus camerario solvendorum.

T.

De proiectione lapidis de domo uel Turri et balistrantibus Cap° 40

R.

103 Quicumque de domo propria uel conducta uel Turri uel aliunde, tempore rixe uel rumoris, si lapidem tegulam lignum uel aliquid aliud simile, proiceret contra aliquam personam de dicta Terra uel aliunde, et percusserit eum, sanguinis effusione, a spatulis supra, in Vigintiquinque lib. cort. uice qualibet condemnetur; Si uero sanguis non exiuerit in decem lib. cort. A spatulis autem infra, si cum sanguine in quindecim lib. cort. si sine sangui-ne, in Centum sol. cort. condemnetur uice qualibet. Si uero non percusserit aliquem de quo-libet lapide proiecto in Centum sol. cort. uice qualibet condemnetur. Et si aliquis de dicta Terra uel aliunde, stando in aliqua domo uel Turri et lapidem tegulam uel lignum uel simile, In domo alicuius proiecerit sive supra domum uel iuxta domum et fregerit tegulas uel lignorum de domo alicuius in Vigintiquinque lib. cort. condemnetur; si non fregerit in decem lib. cort. uice qualibet puniatur. Si uero aliquis causa turbandi statum pacificum dicte Terre balistratione fecerit de sua domo uel Turri in centum lib. cort. uice qualibet condemnetur et in tantumdem idem si fecerit contra offitium Potestatis. Et si dictam penam soluere non poterit quod eius domus uel Turris funditus destruatur. Et si quis proiecerit lapidem iniuriose uel studiose in domo alicuius in tribus lib. cort. uice qualibet condemnetur stando in muro dicte Terre. Et si proiecerit et aliquem percusserit et sanguis exiuerit a spatulis supra in vigintiquinque lib. cort. uice qualibet condemnetur a spatulis uero Infra cum sanguine, in decem lib. si autem sine sanguine, in centum sol. uice qualibet condemnetur.

Quod non teneatur ad penam qui dixerit Potestati tu non facis mihi Ius Cap 41

104 Si quis dixerit Potestati uel alicui suo officiali tu non facis mihi ius uel si diceret tu facis ad uelle partis et deberes retinere Justitiam et tu es pars et Judex sed adhuc non recessisti de Terra et est necesse quod tu reddas rationem tui officii quod ex hac causa potestas uel sui officiales non possint ipsum de Terra expellere nec ipsum aggrauare in persona uel in rebus uel contra eum Inquisitionem facere nec ad depopulationem ipsorum bonorum procedere uel aliud facere uel concipere contra eum et si faceret non ualeat nec teneat ipso Iure, et Nihilominus In quinquaginta lib. cort. Sindicatus tempore condemnetur.

49v

C.

De Tormentis Cap. 42

Potestas dicte Terr. vel sui officiales no possint nec valeant aliquem ponere in Tormentis nisi pro homicidio furto guasto incendio Adulterio vel conspiratione dicte Terr. publica voce, et fama, ad vulnus sanguinolentum precedente. Et quando vellet aliquem tormentare preterquam in casibus supra dictis primo requirere debeat Consilium generale, et duorum Priorum dicte Terr. et ab eis licentiam obtinere contrafacientes autem in quinquaginta lib. cort. vice qualibet condemnetur. Adijcientes quod fatturias et fattumas facientes vel Indivinatrices dictis officialibus liceat tormentare habita fama pub.ca per quinque testes ad minus bone conditionis et fame.

C.

De Verbis ex quibus posset scandalum exoriri Cap. 43

Dicens vel proferens quicumque verbum aliquod ex quo posset scandalum exoriri vel per quod statuta dicte Terr. vel homines turbarent in decem lib. cort. vice qualibet condemnetur.

De Iura et illicita conventicula non facienda Cap. 44

R

105 Faciens vel ordinans conventicula illicita sive iura ex quibus videretur seu videri posset ipsam Terram racionabiliter perturbari vel ipsius Communis status reduci ad partem In ducentis lib. cort. vice qualibet condemnetur. Et Potestas dicte Terr. qui pro tempore fuerit hoc presens Cap.m legi pub. faciat in principio sui regiminis in generali dicte Terr. consilio vinculo Iuramenti.

De Verbis partiarijs non dicendis Cap. 45

C

Quicumque de dicta Terra habuerit cum aliquo verba occasione partis guelfe vel Gibelline, seu congregationem fecerit et ipsas partes et ipsarum nomina iniuriose nominaverit dicendo ego sum vel volo esse guelfus vel gibellinus vel rempromperaverit vel dixerit quod dictum seu factum hactenus

alicui causa partis fuerit in dec.^to tot cort. inequalibet codenet quod quid.
cap.^m Potestas legi faciat in Principio sui regiminis in generali Consilio
dicte Terr. Proviso q de licentia potestatis et dnor. Prior. liceat pro statu
Pacifico tranquillo et quieto ac Unitat. et reformatoni. Cois et hominum
dicte Terr. ipsis hominib. se congregari ad tractandu. ordinandu. conferendu.
et providen. omnia que eis pro solidatione et confirmatoni. Unitatis et Pacis
Cois et specialit. dicte Terr. utilia videbunt. liber. et in q.m Cap.o Stat.
aliquo no obstante.

De duplicatione penar. Cap.o 46

112 Omnes pene de maleficijs et delictis in psti Statuto contentis duplicent. et duplicari
debeant dieb. et locis modo et forma inscriptis vz de nocte et noct. Intelligat.
a prima Campanella que pulsat. de sero pro custodib. ultra versus noctem.
usq. ad pulsatione campani. grosse vel parvi qui pulsat. de die versus diem
in Palatio Cois In Platea ante palatiu in macello in ecc.^is et circa ecc.^s
in festo S. Gemini et eius Vigilia cu die sequenti ipm festu in festo nati=
vitatis dni In festo Pascatis resurrectionis In nuptijs In solenitatis in
processionib. vel domo Propria vel conducta in conducta in predicatione
in exercitu in cavalcata in arenga in foro sive nudinis dieb. domi=
nicis in singulis festivitatib. beate Marie Virginis Cora. Potestate Judice
vel Vicario dicte Terr. et ultimo mense regiminis potestatis et Talis
duplicatio vendicet sibi locu. in maleficijs et delictis personalib. tm. et
contra personas et qualitercu.q. comissis et no in alijs nisi in aliquo speciali
Cap.o de ipsis Capitulis mentio haberet Adijcientes q maleficior. pena
et delictor. comissor. in dictis dieb. et locis non posset duplicari nisi
semel tantu. Item pena duplicet. quando offenderet accusat. qui eundo
vel recedendo a Curia prout dictu cap.o 77.

De pena frangentis carcere vel Turri in Coi Cap.o 47

101 Nullus audeat vel presumat frangere vel rumpere carcere vel Turrim propria dicti

Cois in quo positus esset ad penā vigintiquinq; lib̄ cort. pro uice qualibet quo fuerit contra factū et nulla persona eidē posito uel misso in dittis Carcerib; debeat dare uel prestare auxiliū consiliū et fauorē ad penā quinquaginta lib̄ cort. pro uice qualibet qua fuerit contrafactū.

De pena offendentis accusatū dū iuet ad se excusandū Cap. 48

Offendens uel offendi faciens aliquē accusatū uel denuntiatū uel inquisitū in eundo uel redeundo a curia ad excusandū se penā duplicatā in statutis contentam pro tali iniuria ditto Coi soluere teneat.

104

Q bandimenta Valeant Cap. 49

C. Bandimenta omnia que fierent per preconē Communis predicti ex parte Potestatis Judicis uel Vicarij ditte Terr. in ditta Terra valeant et teneant et pro legitimis citationib; habeant in ciuilib; et Criminalib; causis et maxe quādo bandiretur q quicumq; habet facere et in Curia malefitior ditte Terr ueniat ostensurus et allegaturus quicquid uult corā potestate et eius Curia in quinq; dies proxime tunc futuros: et quando bandiet q quicumq; habet facer in curia malefitior ueniat corā Potestate eius curia ad sonū Campane in consilio ad audiendū sententiā et hoc habeat pro uera et legitima Citatione et relatione contra illos qui condennari deberent aut codennaret et hoc uendicet sibi locū in omnib; alijs bandimentis factis et faciendis tempore quandocumq; Ita tamen q ipsa nō fiant contra formā statuti ditti Cois que si facta fuerint nō ualeant nec teneant ipso iure Adijcientes q bay. ditte Terr mandato Potestatis et aliorum officialiū ditte Terr possint bandimenta facere ac et exbandimenta tam in Ciuilib; q in Criminalib; quemadmodū facta fuerint per preconē seu precones ditti Cois et ipsa bandimenta prout superius exposita declarata ualeant et teneant autte pntis statuti decernentes insuper et pnti additione firmantes q omnia alia Statutor Capitula et ipsorum uerba ubi loquitur q bandiat cū nō obstante q nō bandirent q nihil ualeant et plenā obtineant roboris firmitate sicut bandita fuisset ac per subastata.

R

De Rumor. ex. et intus Terra Cap.° 50

108 In quocumque loco Terr. S. Gemini fuerit rumor homines de contrada et vicini eius omnes succurrer. et ire teneant. in adiutoriu dicti Terrigeni. Et si Terrigena offenderet aliquem ex comicinis dicte Terr. vel plures tunc ipse solus puniat. sine alijs. Et si quis non succurrerit in duab. lib. cort. vice qualibet condemnet. Et predicta intelligant. intus et ex. dicta Terra. Et quod quilibet possit et sibi liceat traher. ad rumorem cum armis et sine, Et quod si p aliquod maleficium comitter. comittens puniat. de ipso maleficio secundum formam statutorum dicte Terr. Et quod si quis tenserit ad rumorem et comiserit aliquod maleficium vel delictum contra aliquem delinquentem seu malefactorem. seu et. ex bandit. et condemnatum p maleficio quod non teneat. ad penam aliquam. si in ipso rumor. vel sedicione aliquod fecerit contra ipsum delinquentem. exbanditum et et condemnatum.

C.

De subiecto contra non subiectum. Cap.° 51

Si subiectus Curie dicte Terr. cum aliquo non subiecto dicte curie se Iniuri. vixaverint vel in re non subiecta cum percussionib. vel alijs Iniurijs vel offensis. non subiectus responder. nollet coram Curia dicte Terr. quod potestas nec eius offitiales contra terrigenam non subiectum non possit proceder. p aliquam viam pro Iniurijs vel offensis nec condemnar. predictum. Et si contra factum fuerit in premissis nullius sit valoris efficacie et momenti Ita tamen quod hoc cap.m non vendicet sibi locum et libertate eccl. vel contra Clericos seu religiosam personam. Adijcientes quod dictus Terrigena teneat. et debeat probar. p leg.mos testes maleficium et delictum comissum per ipsum forensem contra ipsum Terrigenam non obstante contumacia dicti forensis Et si non probaverit quod tunc dictus talis forensis ad penam aliquam minime teneat. sed dictus Terrigena teneat. ad penam contentam in statutis dicte terr. de maleficio quod comiserit.

R

De pena vendentis rem forensib. Cap. 52

Nulla persona de Terra predicta vel degens in ea possit vel debeat terras vel possess. suas sitas In dicta Terra vel eius Territorio vender. vel alienar. alicui

icta forensi vel qui non sit de dicta Terra et Iurisdictioni dicte Terr. subiectus v3

51v.

Potestas terre predicte et qui contrafecerit in ducentis libris cort. vice qualibet condenet. Notarius vero, qui huiusmodi Instrumentum scripserit In quinquaginta libris cort. vice qualibet condenet. et quilibet testis qui dicto Instrumento interfuerit In viginti quinque libris cort. puniat. Et talis Contractus ipso facto sit nullus irritus et inanis et ipso facto huiusmodi possessio appliceat Comuni dicte terre et predicta semper publice bandiant in Principio regiminis cuiuslibet potestatis. Adjicientes quod nullus pro terrigena habeat qui in dicta terra domum non habuerit et qui non fuerit continuus habitator et qui non subportaverit onera realia et personalia dicte terre. Proviso quod qui contrafecerit in preterito vel In posterum in predictis vel aliquo predictorum possit denuntiari et accusari a quolibet et accusatio et denuntiatio admittat. et super ea procedat. summarie et de plano sine strepitu et figura Juditij et si huiusmodi accusatio probaret. quod talis accusator habeat quartam pene et possessionis huiusmodi Si vero dictus forensis de predictis contenderet cum dicto comuni cum dicto accusatore de possessione. tam dicta condennet. et exbandiat de dicta terra In persona et rebus Si quis non fraudem commiserit vel commiserit seu committet in emendo possessionem pro aliquo forense, et ipsam venditionem seu emptionem in decem dies non denuntiaverit dicto Comuni seu manifestaverit solvat nomine pene illam penam quam solvere teneret. si vendidisset forensi Et nihilominus dicta talis possessio dicte Comunitatis remaneat Confiscata. Et si denuntiaverit vel notificaverit non teneat. ad penam Ita tamen quod huiusmodi possessionem per eum emptam vel emendam pro se retineat nec dabit fructus sive copiam et censum illius possessionis dicto forensi pro quo emit vel emerit vel alicui alie persone pro eo ad dictam penam. et Potestas faciat eum jurare ad sancta quatuor evangelia et fideiussores recipere ab eodem de predictis omnibus observandis ad penam centum librarum cort. de suo salario sindicatus tempore solvendorum et sub debito predicti Juramenti et huiusmodi accusatori pars concedat. Et comuni sed a decem annis citra qui accusaverit et ipsam vel ipsas accusationes probaverit ut superius continet. et quod abinde in antea nemo accusari possit nec accusatori pars aliqua deveniat ullo modo Adjicientes quod unicuique liceat

dar' vel trader' pro dot. possessione sua pro fundo dotali seu pro solutione dotis filie sororis vel neptis carnalis sub pena. dummodo ipsa possessio debeat remanere in catasto et ~~lib~~ illius qui tale possessione dederit seu tradiderit modo predicto Nulli et liceat vender' aliquas possessiones seu possession' nec alienar' pro fundo dotali vel pro fundo dotis dar' vel in solutum dotis aut debiti alicui forensi vel terrigene, etiam consensu dicti dni' Potestatis et dnor. Prior. ~~[illegible]~~ sed penitus dictu instrum. sub pena sint cassa et irrita et contrahentes teneant' ad dicta pena'. Sita vel sitis ultra confinia infrascripta sub pena dni' Potestatis seu eius Vicarij qui pro tempor' fuerit et consensu dnor. Prior. dicte terr' vel maioris partis eor. qui p tempor' fuerint ad dicta pena'. Vz a molendino Cois S.ti Gemini Ecc.a S.ti Proculi, Ecc.a S.ti Agneti de colle cubity, Colle montis puleini fossatu Liscelle vel qua itur a pedr' possessioni terre filior. S.to Agnelo de colle mizella, Ecc.a S.te Crucis colle solaty et domo filior. Salserij et d supra dictis contentis in dicto Cap.o teneant' ad pena' supradicta' Contrahentes tam emptor q venditor notarius qui scripserit instrumentu' et testes qui interfue- rint Decernentes insup q si quis terrigena in posterio contrafecerit in vendendo alicui terrigene contra forma predicta aliqua possessione extra supradicta q ad pena' aliqua' minime teneat' nec qui in poster. delinquisset Excipientes et a pena predicta omnes et singulos terrigenas qui iam dudu' emerunt p forensib. aliqua possessione contra predicta form' vel vendiderint eisde qui reperirent dictas emptiones seu venditiones assignasse et notificasse cam olim dco Coi manu cuiuscumq. notij sub dicto terre Cancellarij appareret et no obstante, q d dca notificatione, constaret nihilo- minus dicta talis possessio dicte Com.is remaneat confiscata et dictus talis forensis, penis subiaceat memoratis quod quippe cap.m sit precisum et inviolabilit' observet' ac tolli vel suspendi no possit Consilio vel arrenga,

R

De pena facientis iura' ut cospiration' cotra specialem p[er]sona' Cap. 53

Si quis fecerit iura' ut cospiration' contra aliqua' p[er]sona' speciale de interficiendo eam

In quinquaginta lib. cort. vice qualibet condennet. Notorius vero qui scripserit cam(eram) Coi tantumde nisi infra triduum potestati sd. denuntiaverit vel suis officialibus seriose.

De venditione facta Clerico Cap. 54

